Universitätsbibliothek Paderborn

# Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib. XII

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

Capita Libri Septimi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

Visual Library

# CÆSARII HEISTERBACENSIS ORDINIS CISTERCIENSIS MONACHI ILLVSTRIVM MIRACVLORVM, ET hiſtoriarum memorabilium, ſex poſteriores libri.

## PROLOGVS IN LIBRVM SEPTIMVM.

PRAEMISSIS ſex diſtinctionibus, videlicet de conuerſione, de contritione, de confeſſione, de tentatione, de dæmonibus, & virtute ſimplicitatis, inter ſex adhuc ſuperſtites primam diſtinctionem ſibi vendicat beata Dei genitrix virgo Maria, eo quòd ipſa ſit digniſſimum eccleſiæ membrum. Et hoc non incongruè fieri videtur in ſeptimo loco, quia ſecundùm philoſophos, ſeptenarius numerus eſt virginitatis, eo quòd infra primum limitem denarium, nullum numerum ex ſe generet. Quod virgo genuit, ſupra naturam fuit: ipſa eſt enim virga de radice Ieſſe exorta, quæ florem nobis protulit, ſuper quē ſpiritus ſeptiformis gratiæ requieuit. Cuius virtutē, vt digna ſcribere & ſcribendā poſſim perficere, ſuppliciter imploro.

*Iſaia 7.*

## CAPITA LIBRI SEPTIMI.

*DE his, quæ beatam virginem Mariam myſticè deſignant, & de beneficijs humano generi per eam collatis, cap.* primum.
*De imagine eius, quæ ſudauit timore diuinæ ſententiæ, cap.* 2.
*De plaga Friſiæ, ob iniuriam dominici corporis, cap.* 3.
*De ſacerdote idiota, qui à ſancto Thoma Cantuarienſi degradatur,*

gradatus, per beatam Mariam virginem officium ſuum recuperauit, cap. 4.
De ſacerdote in Derlar idiota & depoſito, cui ſancta Maria eccleſiam reſtitui præcepit, cap. 5.
De ſancto Innocentio Papa, quem ſancta Maria corripuit per Reinerum, cùm in ordinem Ciſtercienſium exactiones facere conaretur, cap. 6.
De vindicta hoſtium loci ſanctæ Mariæ, cap. 7.
De Henrico canonico ſancti Cuniberti, qui per interceſſionem ſanctæ Mariæ conuerſus eſt, cap. 8.
De monacho apud monaſterium infirmato, quod Trappa dicitur, cui ſancta Maria gratiam confitendi obtinuit, cap. 9.
De duobus mendicis, in hoſpitali eius Pariſiis ægrotãtibus, quos de confeſſione monuit, cap. 10.
De Petro monoculo Abbate Clareuallis, cui in eccleſia Spirenſi ſancta Maria benedictionem dedit, cap. 11.
De monachis ac Conuerſis in Hemmenrode, quibus ad vigilias benedixit, Henrico Conuerſo inſpiciente, cap. 12.
De eodem Conuerſo, & cæteris Conuerſis infirmis, quos nocti viſitans benedixit, cap. 13.
De monachis, quibus dormientibus benedixit, vno tamen neglecto, quia inordinatè iacebat, cap. 14.
De eo quod beata virgo Maria cum ſancta Elizabeth & Maria Magdalena prædicto Conuerſo apparuit, cap. 15.
Vita domini Chriſtiani monachi de Hemmenrode, cap. 16.
De Cuſtode de Lucka, qui nocte ſanctam Mariam ſuper altare reſidere conſpexit, cap. 17.
De quodam monacho eiuſdem cœnobij, qui ſanctam Mariã ad vigilias circuire, & ſingulorum monachorum vultus detegere vidit, duobus tantum neglectis, cap. 18.
De altero monacho eiuſdem clauſtri, cui beata Maria ſuper altare in aëre inter multitudinem Sanctorum apparuit, cap. 19.
De viſionibus nobilis virginis de Quida, cap. 20.
De Chriſtina ſanctimoniali, quæ ſanctam Mariam in ſua aſſumptione coronam de cœlo ſuper conuentum vallis ſancti Petri demittere conſpexit, cap. 21.
De fratre in Arnsberg, quem beata virgo per ſeipſam vi-

ſitare dignata eſt, cap. 22.
De Ottone Præpoſito Xantenſi, qui precibus ſanctæ Mariæ à duplici infirmitate curatus eſt, cap. 23.
De clerico, cui ſancta Maria pro lingua ab Albienſibus hæreticis præciſa, nouam reſtituit, cap. 24.
De Adam monacho de Lucka per ſanctam Mariam à ſcabie capitis curato, & de ſanitatibus quas operatur in monte Peſſulano, & imagine eius apud Sardanai, cap. 25.
De Conuerſo, qui per Aue Maria ab infeſtatione diaboli liberatus eſt, cap. 26.
De incluſa, quæ eodem beneficio illuſiones diabolicas euaſit, cap. 27.
De matrona, quæ per eandem ſalutationem angelicam liberata eſt ab oppreſſione adulterij, cap. 28.
De Theoderico milite, cuius vincula meritis ſanctæ Mariæ dirupta ſunt, cap. 29.
De ſacerdote de Poiloge, cui ſancta Maria apparẽs timores tonitruorum temperauit, cap. 30.
De Beata Elizabeth de Sconauia, quæ ad illum verſiculũ, Audi nos, &c. vidit ſanctam Mariam flexis genibus Chriſtum pro conuentu orare, cap. 31.
De clerico, cui ad illum verſiculum, Ora virgo, panẽ ſancta Maria in os miſit, cap. 32.
De milite, quem propter vxorem domini ſui tentatum, ſancta Maria per oſculum liberauit, cap. 33.
De ſanctimoniali, quam per alapam ſanauit, cùm iam amore cuiuſdam clerici eſſet accenſa, cap. 34.
De Beatrice cuſtode, cap. 35.
De milite in vigilijs deficiente, quem ſancta Maria in viſione confortauit, cap. 36.
De Henrico monacho electo, qui meritis beatæ Mariæ receptus eſt, cap. 37.
De miris viſionibus domini Betranni monachi de Carixto, cap. 38.
Vita domini VValteri de Birbach, cap. 39.
De Abbate noſtro, cui virgam paſtoralem ſancta Maria porrigere viſa eſt antequam in Abbatem promoueretur, cap. 40.
De

De Epiſcopo Theoderico, qui per ipſam Coloniæ in antiſtitam eſt promotus, eiuſq; nutu depoſitus, cap. 41.
De ſcholari Colonienſi, quem ſancta Maria in ſomnis corripuit, cùm ordini malediceret, cap. 42.
De pœna Sibedinis & ſociorum eius, ob iniuriam beatæ virginis, cap. 43.
De pœna luſoris, qui blaſphemauit ſanctam Mariã, c. 44.
De pœna cuiuſdam matronæ de Veldenze, quæ de imagine ſanctæ Mariæ ſtultè loquebatur, cap. 45.
De alia matrona, quæ filias à lupo raptas, per imaginem recepit, cap. 46.
De imagine ſanctæ Mariæ in Ieſſe, cap. 47.
De monacho medico, cui ſancta Maria in choro electuariũ ſuum primò negauit, & poſtea emendato donauit, cap. 48.
De ſanctimoniali, cuius tibiam læſam ſancta Maria in viſione perunxit & ſanauit, cap. 49.
De incluſo, qui per Aue Maria ſenſit miram dulcedinem, cap. 50.
De monacho, quem ſancta Maria deoſculabatur ante mortem, cap. 51.
De Hermanno Conuerſo, pro quo defatigato, ſancta Maria horam cantauit, & finem prædixit, cap. 52.
De Pauone Conuerſo, qui ſanctam Mariam in fine ſuo vidit, cap. 53.
De ſanctimoniali cui B. Virgo morienti apparuit, cap. 54.
De VVernero monacho, cui B. Virgo in extremis ſubuenit, cùm à dæmonibus terreretur, cap. 55.
De Canonico Colonienſi, cui in fine ſe oſtendit, cap. 56.
De Simone cruce ſignato, quem ſancta Maria morientem conſolata eſt, cap. 57.
De milite decollato, qui per eam euaſit gehennam, cap. 58.
De latrone, quem decollatum ſepeliri iuſſit in eccleſia, c. 59.
De monacho, qui ordinem Ciſtercienſem ſub eius pallio vidit in regno cœlorum, cap. 60.

FINIS CAPITVM.

DE